

1. Exercitationes Publicae Locorum Scripturae difficilium
Joh. Sarnovii doctus. 1625.
2. Examen Metaphysicae Plotinianae dissertationibus XII.
M. Andrea Kessleri Witeberg. 1623.
3. Synodi Gordracena Cradelis iniquitas.
4. Epistola Remonstrantium ad Literarum Ecclesiarum Reformatores doctores, Pastores, Theologos. 1617
Lugd. Batav.
5. Actus II Synodi Nationalis Ina Reformationis
Lingon in una Provinciarum Nivernensium hab. 1618 et
1619. Gordrac.
6. Exegesis Capituli h. Matthei Theodor. Thummi Acad. S.
Tubing 1619.
7. Anti-Christus, sive Prognostica Finis Mundi et Cap.
1. 18. Lugd. Batav.



RXL. S. no 109.

D. T. O. M. A.

2

Declaratio eorum, quæ ad dicti
ESAIAE Cap. XLV. versu VIII.

Sensum literalem investigandum

IN EXERCITATIONIBUS
BIBLICIS

allata sunt:

CUM APOLOGIA
MODESTA,

Ad ea, quibus onerati fuisse scribuntur non-
nulli concionatores:


Conscripta

JOHANNES TARNOVIO S.S.
Theologiae in Academia Rostochiensis Professore.



Σημείον ἐν προλόγῳ.

Οὐκ ἰσοδυναμοῦν αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς ἐβραϊσὶ λεγόμενα, καὶ ὅταν μεταχθῆ
εἰς ἑτέραν γλῶσσαν. οὐ μόνον δὲ τὰυτα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος,
καὶ αἱ προφητεῖαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων οὐ μικρὴν ἔχει τὴν
διαφορὰν ἐν ἑαυτοῖς λεγόμενα.



Rostochi, Typis Augustini Ferberi, Anno 1621.

rum, tantis calumnijs verbi divini ministros non onerasse, ut ita, qui modo vellet, ἀνευ ἀγκυμάτων de re totâ ipse judicaret.

partes.

Quod ut tantò rectius fieri possit, placet I. integrum meum ἀεὶ βλημα illis ipsis verbis, quibus id in Exercitationibus biblicis legitur, præmittere. II. Refutationem ejus sub finem superioris anni institutam, ex libro auctoris bonâ fide descriptam subjungere, & demum III. Responsionem & Apologiam meam subjicere.

Qualem Lectorem exoptet.

Te vero, quisquis hæc legis, rogatum volo, in memoriam tibi revoces salubrem illam Salvatoris regulam Matth, 7, 12. Quicquid vultis, ut faciant vobis homines, sic & vos facite ipsis, & proinde te meo loco hisce gravatum præjudicijs cogita, ac sine præjudicio rem totam accuratius expende. Dabo operam ut intelligas, mihi neq; immodestiam, neq; rigorem nimium, neq; φιλαυτία, sed veri investigandi, & fama, quæ cum vitâ pari passu ambulat, meritò defendendæ amorem, ut hæc apud te disseram, fuisse autores.

I.

Esa. 45, 8.

1. **S**ecundum dictum extat Esa. 45, 8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

non agit de Christo, sed Cyro.

2. *Quæstio est, num agat sensu literali primariò de Christo? Quidam patrum, & cum ijs multi, ita senserunt: Ego nego, cum expressè textus agat de Cyro, rege Persarum, qui teste Herodoto & Justino, linguâ Medorum propriè dictus fuit Spaco i.e. Canis, sed Deo ita mirabiliter gubernante à Persis cognomen Coresch (quod est Solis epi-*

Solis epitheton, & Dominum notat) honorificum ei fuit in-
ditum, quod & hic Propheta non obscure indicat. v. 1 & 4.

3. Et mireris hic non immerito, qui factum, ut illi,
qui nil, nisi quod Lutherus dixit aut scripsit, acceptare
volunt, non tantum hic à textu Ebraeo, quem forte nun-
quam legerunt, cum tamen eum benè inspexerit Luthe-
rus ipse) sed etiam à Lutheri versione germanicâ, & ex-
plicatione marginali prorsus recesserint?

4. De sensu verborum Ebraeorum dixi in loco saepe
jam citato breviter, quod videlicet sit: destillate caeli
supernè, & superiores nubes fluant Justitiâ, (פִּי
פִּי) aperiatur terra, & edant salutem (וְשִׁ
וְשִׁ) à quo ne quidem latum unguem discedit
græcus interpres, quando ita habet: Ευφρανθήτω ὁ οὐρα-
νός ἀνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ἐκβάτωσαν δικαιοσύνην. ἀναπειλάτω ἡ
γῆ, καὶ βλαστήσάτω ἕλεος, sicut nec Lutherus noster, cuius
versionem appono, ut eam hic legant, qui in Biblijs non
animadvertunt.

Probatur ex
LXX. & Lu-
theri.

5. Ita autem habet: Treuffelt ihr Himmel
von oben / vnd die Wolcken regenen die Ger-
rechtigkeit (vulgò citant, den Gerechten / Nemo-
lich den Messiam) die Erde thue sich auff / vnd
bringe Deyl / (vulgò, gebe den Deyland her
für / quasi is è terra provenisset, & non è caelo descendis-
set) vnd Gerechtigkeit wachse mit zu. Si quis
hoc nondum capit, illi succurrit in margine Lutherus hac
appositâ notâ: Vom Könige Cores redet er / dasz
er kommen soll / vnd helffen dem Volck Israel.

ver sione.

eiusq; glossa
marginali.

6. Videamus etiam, quæ idem Lutherus habet
in Commentario in Esaiam, quod extat Tom. 3. lat.
Jenensi pag. 390. Celeber hic locus est in Ecclesia Pa-
pistarum, & illustre argumentum IGNORANTIÆ,

& in primis
commentario.

NB.

A 3

quod

quod ad beatam virginem eum accommodarunt. Nos
SCIMUS, agi in hoc capite de promissa liberatione per
Cyrum. & paulò post de hoc ve su 8. Manente cul-
pâ non cessat pœna, tu verò Deus cœlitus nos converte: ros
est cœli favor, pluvia verbum: per illa terra aperitur,
hoc est, cor terreum. vide ibidem plura, & adeò audacter
asserere desine, omnia hæc loca à me explicata, esse contra
Lutherum. vide, inquam, tu, cui sita animus B. Luthe-
ri in corde, ut nomen in ore, neque scripturam sacram ita
negligeres, neq; ita facile de non intellectis judicares. neu-
trum enim horum competit illi heroi, tibi verò utrumq;
malè feriate, qui nec biblia legis, nec bonus es typus gregis.

At Cyrus fuit
typus Christi.

7. Sed & illam elabendi, seu potius calumniandi
hæc mea, rimam præstruam. Cyrus tamen fuit typus Chri-
sti, tum quâ rex unctus, tum quâ Judæos ex captivitate
liberans, & proinde hæc rectè possunt Christo accommo-
dari tanquam antitypo.

R. non nego.

8. Quid ego hic respondebo aliud, quàm quod res
est; cum larvis & commentis tuis pugnas, quisquis illa
mihi objicis. Ego enim nunquam hæc negavi, qui tan-
tam dixi, sensu literali, primariò, hic de Christo
non agi. An ignoras illud? Subordinata non pu-
gnant. Cur igitur opponis?

9. Sed & hoc nota, quod typus Christi, non sem-
per, nec in omnibus suis factis sit typus, & proinde neq;
omnia, quæ de illo dicuntur, tanquam typo, de antitypo
posse explicari, id quod alias, si opus fuerit, probabo cum
Deo pluribus, & pridem in explicatione cap. 4. Micheæ
planum feci.

10. Adjiciam & hoc, quod non, ubicunq; liberato-
rem ex terrena captivitate votu omnibus exoptant capti-
vum U. T. ibi etiam ad Christum respiciant primariò,
sed tan-

sed tantum suum testentur desiderium, quo anguntur, donec promissa Dei appareant. Confer Esa. 64, 1. utinam lacerares caelos, &c. (ubi LXX. ne quidem votum agnoscunt; Εαν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρέμεθ' ἁλήψεται ἀπὸ σου ὁ οὐρανός) Sed confer, deposito, quo gravari fortè etiam hic, præjudicio, id quod aliàs etiam videbo diligentius. habetur infrà dicto 6. & 7. par. 14 Scimus, quod veteres Messiam magno cum desiderio expectarint: Luc. 10, 24. verum inde non sequitur: ubicunq; ergo est votum piorum veterum, ibi, ut Messias veniat, orant, siquidem plura à Deo petebāt. Hactenus πρὸς βλῆμα: sequitur ejus Refutatio.

Esaï 64 1.
non agitur etiam de Christo.

II.

Minimè igitur culpandi sunt, qui ex hoc typo de adventu Christi verba faciunt ad populum, multò minus tam acerbè perstringendi, quasi Hebraum textum nec inspexerint, nec intelligant, quasi Lutheri versionem in Bibliis non animadvertant, qua ratione ipsi crassa ignorantia & supina socordia nota inuritur, quas vibices hodiè concionatores nonnulli, quos per centum Postillatores vocant, ferre coguntur ab ijs, qui quid sit docere populum, rarò experiuntur. Potuit Christus salvo literalis sensu historia, de passione sua verba facere ad Nicodemum ex historia exaltati serpentis in deserto, Joh. 3. de officio suo ex historia de manna, Joh. 6. de resurrectione sua ex historia de Jona, Matth. 12. Potuit Apostolus Paulus ex dicto Mosaico, non obligabis os bovum trituranti, Deut. 25, 4. (cujus textum Hebraicum sine dubio inspexit & intellexit) differere de stipendio ministrorum Ecclesie, 1. Cor. 9, 9. 1. Timoth. 5, 18. & ex historia de velamine Mosis, Exod. 34. de discrimine legis & Evangelii, 2. Corinth. 3. & ex historia de Sara & Agar, Gen. 16, de duobus Testamentis, Galat. 4.

Quidni

Quidni ex historia Cyri, de Adventu Christi; ex historiis de liberatione populi ex captivitate Babylonica, de liberatione nostra spirituali ex potestate Satanae utiliter docerem? Scimus, typum non in omnibus respondere antitypo; at Cyrum, ut regem unctum & liberatorem Judaeorum, typum esse Christi etiam rigidi illi censores negare non possunt: ergo etiam, si historia illa ad Christum applicetur, tantoperè ipsis displicere non debet. Si qui sunt, qui literali sensu, & primò textum illum Biblicum ad Christum referunt, horum ego patrocinium non suscipiam, sed modestè & firmis argumentis erudiri debebant: An ex eo, quod in Hebraeo non legitur, nubes fluant justum, sed justitiã, item, terra edat salutem, non Salvatorem, solidè evincatur, textum hunc non loqui de Christo, equidem dubito. Opponere enim possent, qui contrarium sentiunt, scripturam de Christo non raro uti verbis abstractivis, ut Esa. 49, 6. deditis in lucem (לְנוֹרָא) gentium, ut sis salus mea (וְאַתָּה יְיָ) usq; ad extremum terra: & Jer. 23, 6. vocatur (צְדָקָתִי) justitia nostra: & in Novo Testamento vocatur σωτηρία Iesù salus seu salutare Dei Luc, 2, 30. σοφία Iesù 1. Cor. 1, 24. & δικαιοσύνη, ἀπολύτωση, justitia, sanctificatio redemptio 1. Cor. 1, 30. Sed hoc alij dijudicent. Quinam sint, qui Lutheri versionem in textu Esaia ita legant, Die Wolcken regnen den Gerechten / die Erde thue sich auff vnd bringe den Heyland / equidem non memini, vel legere, vel audire: sed quemadmodum tales non laudo, ita, an solidè constringi queant eo: quod Salvator non è terra, sed è cœlo descēderit, non immeritò dubito. Nam Salvatorem nostrum humanam suam naturam non cœlitus attulisse; sed in terris ex Maria virgine assumpsisse; notum est? & David se, cum adhuc in

huc in

huc in utero matris esset, in inferioribus terra fuisse ait
Pl. 139. 15. Præstaret ergo errantes solidis rationibus in
viam reducere, quàm erroribus verborum aculeis insultare,
præsertim cum servum Domini mansuetum esse doceat ad omnes,
cum lenitate erudiente omnes, qui contrarium sentiunt 2. Tim. 2. 25. & sicut alijs in rebus,
ita & in injurmando debent hi, qui firmi sunt, & rectius
instituti, imbecillitates infirmorum portare, & non sibi-
ipsis placere, monente Apostolo Roman. 15, 1. Quæ
sub initium hujus typi bono animo moneo, citra cujusq;
injuriam. Nam, ut hoc de suo mihi largiatur Hierony-
mus; non consuevi eorum insultare erroribus, quo-
rum miror ingenia.

III.

Rhetorum hoc, Lector benevole, est præceptum, lasi-
dandos eos etiam esse, quos imus reprehensum, ut
tantò libentius admonitionem nostram accipiant animi
dociles, teneantq; fideles. observatum illud hic sub finem,
ab initio attende, & mecum rem totam exactiori mentis
trutinâ aestimato. Primum vero, quando oculos ad libri
titulum convertimus, meritò queramus, ubi à me vel
huic auctori, vel dicto Prophetico, de quo agimus, sit illa.
ta injuria? neutrum enim in Exercitationibus biblicis,
quibus is infensor esse perhibetur, reperiri certus sum,
in primis quum sensum dicti verum eum esse ipse dicat,
quem ex B. Luthero proposui. deinde jure interroga-
mus, cur necessario elencho ab hisce meis, quæ vel in
dictum, vel autorem, vel in quemvis alium non sunt inju-
riosa, fuerit vindicandus ille Esaiæ versiculus? nisi fortè
necessarium erat, ut quacunq; de causa adversarius fin-
geretur, isq; apud multos sub alienis sententijs exosus red-
deretur, quas pro suis non agnoscit.

B

Audio

Cum nulla in
Exercit. bibl.
injuria, cur
refutentur, Q.

& quidem ne-
cessario e-
lencho.

*Audio quid dicas. pag. 186, autor protestatur, se bo-
no animo monere citra cuiusq; injuriam? ita acci-
pio, & quia pius est, referre benè merenti gratias, cona-
bor redhostire. Monere tamen poterat autor prius
privatim, adhuc vivum, & non ita procul à se remo-
tum. quod si tum, justis allatis rationibus, noluissem re-
cte præcipienti obtemperare, dignus forem, qui publicè
hanc virgulam censoriam experiret. Verumtamen esto
hæc admonitio bono animo scripta, neq; hæc mea responsio
(quæ ostendet saltem, noxam, ob quam castigor, non esse
in me) erit malo animo adornata, nisi fortè contra apo-
stoli monitum 1. Cor. 13, 5. caritas aliquid mali temere
suspicietur.*

Moneri pote-
ram prius pri-
vatim, deinde
publicè.

Bono animo
respondetur.

Admonitio fit.
ἐλεγχῶ.

*Interim admonitio, quæ apostolo puto venire nomine ἐπι-
νορθώσεως, vel παιδείας, vel νοουθεσίας, qui in necessariū ἐλεγχῶ
ac refutationem (quum possit aliquis simpliciter moneri
recta, sine refutatione falsorum) degeneraverit, nondum
planè me scire, libenter confiteor.*

Autoris *ἐπι-
ληψις* in Exer-
cit. bibl.

*Nunc ad rem ipsam progredior, & primùm repeto,
quæ in Exercitationibus biblicis de hoc & similibus dictis
habetur pag. 71. §. 6. satis disertè positam hanc ἐπιληψιν:*

typum conce-
dit.

*In genere de omnibus hisce dictis BENE ob-
servari velim, quod ego non quæram, aut reji-
ciam, si quis afferat, in nonnullis esse aliquem
typum commodum: hunc enim & ipse alicubi IN
His libens agnosco: sed quæro, num sensu li-
terali, & primariò ille habeatur in textu? &
hoc nego. nam eò non pertinet typi accommo-
datio.*

*Vides, Lector optime, satis à me distingui sensum
literalem*

literalem à typica textus accommodatione; illum ibidem
 inquiri, hanc suo loco relinqui, imò credas mihi velim, il-
 lam ipsam typicè tractandi loca quadam biblica rationem
 jam pridem à me non tantùm studiosis Theologiae com-
 mendari, sed in singulis ferè lectionibus publicis, quan-
 tum potest, pro mea tenuitate prae monstrari, & forte-
 an magis frequenter hoc populum docendi genus, dum au-
 ditores, quomodo illud rectè instruant, erudio, quàm
 multi alij. Quod si benè notaveris, facile concludes, abi-
 re in ventum, & evanescere in auras, quaecunq; eo nomi-
 ne, quasi damnem illud, severè opponuntur. Et mireris,
 hac ita mihi objici, quum res ipsa & autor in epistolâ de-
 dicatoriâ pag. 50. 5. Gr. pro me loquantur. Volve
 revolve meas Exercitationes biblicas, quas ita malè o-
 dere, & immisericorditer damnant multi, vel alia scri-
 pta à me edita, non invenies ullum alium mihi fuisse pro-
 positum finem, quàm hunc, ut ostenderem, legenda esse
 sacra biblia diligenter à studiosis in academia, ut tenean-
 tur fideliter à verbi divini ministris, & jam promotis ad
 publica officia. Ad hos enim spectat illud apostolicum
 celestina 1. Timoth. 4, 15. 16. in græco textu verbis em-
 phaticis prolatum: Hæc meditare, in his esto, ut tuus
 profectus manifestus sit inter omnes. Intentus esto
 tibi ipsi & doctrinæ, & permanc in istis. id enim si
 feceris, & te ipsum servabis, & eos, qui te audiunt.

Quodnam hic peccatum adeò magnum, ob quod non-
 nulli omnibus modis me absterrendum putârunt, ne in-
 ceptu cursu pergerem, meq; illas esse editas, pœniteret. Si
 potest id demonstrari, causam non dico, quin ad παλιω-
 διάω adigar, imò ad illam me offero, si quis facem ac lucem
 ex sacris literis alluxerit illam, quâ meas explicationes
 esse tenebras appareat. Interea, si qua dicta deinceps ex-

B 2

plico,

ipse in alijs
 sæpè eum in-
 dicat,

non igitur
 damnat.

Scopus Exer-
 citationum
 biblicarum.

cum apostoli
 admonitione
 consentit.

NB.

Si malè quid
 docuit ea-
 rum autor,
 promittit
 παλιωδίαω.

Nomina Theologorum deinceps non inserce.

plico, ubi à me dissentiunt alij, ut parcam eorum nominibus, facile à me potest impetrari, imprimis quia magnè quidam & mihi ex animo benè cupientes Theologi hoc amicè perliteras monuere, inter quos honoris ergo nomino Dn. D. Johannem Gerhardum, Dn. D. Polycarpum Lyserum, Dn. D. Balthasarem Meisnerum, Dn. D. Nicolaum Hunnium, Dn. M. Georgium Stampelium: & hi, quæ ab ipsis sunt rectè præscripta, à me probè esse observata, suo, si volet Dominus, tempore videbunt. Et jam quod insignis Theologus Dn. D. Wolfgangus Franzius in aliquot literis fidelissimè insillavit, non segniter me esse exsequutum, quàm vellem ipsi liceret diu videre, & mihi alia salubria consilia porro suppeditare!

Idem docuit quod Lutherus & alij,

Quæ ergo causa adeò necessarij hujus elenchi? propono ex Esaia dictum, ajo, esse ejus sensum literalem illum quem Lutherus b. m. nervosè, & ex eo Dn. D. Franzius in hb. de Interpret. scripturæ pag. 1340. & cum alijs ipse, qui id in me reprehendit, indicavit. Sic ego ex Luthero ut suprà vidimus in Weß: sic ille pag. 179. 180. Nos veram esse arbitramur interpretationem Beati Lutheri, qui in commentario suo in Esaiam, verba hæc exponit de gemitibus piorum in captivitate Babylonica, qui sentiebant, se tantis malis premi ob peccata sua. Cum ergo sacerdotio & regno & templo, & omni cultu Dei se privatos scirent, rogabant, ut vel cæli rorent atq; depluant justitiam, quæ nisi desuper in ipsos effundatur, actum esse putabant. Divinitus ergò sibi contingere optabant remissionem peccatorum, & Spiritum S. qui ipsos gratia perfundat: sic futurum esse, si primum sublata essent peccata, & reconciliatus Deus, ut reducerentur: neq; enim sperasse, fore, ut cesset pœna, dum manet reatus & culpa, & c. In qua interpretatione quidem B. Lutherus Messiaë nullam

Imò ex eo, lib. oppositus.

nullam mentionem facit, sine dubio tamen illum non omnino excludit, dum remissionis peccatorum & gratiæ Dei meminit, quam per promissum Messiam solùm impetrari populo contabatur.

Existimamus itaq; secundum literam agere hæc verba de salute temporali, seu liberatione ex captivitate Babylonicâ, quam promovit Cyrus, cujus in præcedentibus facta mentio, idq; contextus, & LXX. Interpretes docent: typicè verò hic contineri votum atq; desiderium Messia, per quem habemus remissionem peccatorum, justitiam ac salutem æternam. *Hæc ille, & pag. 182.* Jam quod falsas hujus textus interpretationes attinet, non possumus admittere interpretationem Lyrae, qui hoc nomine nimis deliravit, dū illud, *Rorate cæli, &c.* ad B. Virginem Mariam Salvatorem mundi concipientem refert, & hanc principalem Prophetæ intentionem fuisse ait, cum tamen ex textu constet, ne quidem de Messia ipso Prophetam principaliter loqui, nedum de beatâ ejus matre. Quam ob causam reprehendit Lutherus Pontificios: & illustre argumentum ignorantia, quod ad B. Virginem hunc textum applicarunt.

Hactenus auctoris verba, quorum sententiam cum mea explicatione si contuleris, invenies nec ovum ovo, nec lac lacti magis esse simile, quia idem omninò, licet alijs verbis, assevero.

Intelligo autem, non ob sensum dicti à me allatum; sed ob rigidam censuram adjectam meum illud $\alpha\epsilon\beta\lambda\eta\mu\alpha$ biblicum examinari, & quædam inibi castigari. Poteram equidem, si quid hic admissum culpa, illo excusare, 1. Reg. 8, 46. nemo est, qui non peccet, & quandoq;

Verus sensus
Prophetæ,

Lyra delirans

NB.

& cum eo
Pontificij,

Rigida cen-
sura, quæ in
Exercit. refu-
tatur,

poterat excu-
sari.

B 3

bonus

Bonus dormitat Homerus. In meis enim scriptis rarissime
dura verba, & in Exercitationibus biblicis præter hanc
unam apostrophem, (quæ nescio quos non commovet,
quum calumniatorem saltem spectet) aculeata pauca
deprehendes, & proinde poterat, si hic semel aliquid hu-
mani passus essem, & iterum aliquando lapsus resurgerẽ,
mihi ex caritate Christianâ condonari, quæ admodum ego,
multorum aliorum invectivas ex justo Zelo profectas esse,
interpretor.

sed defenditur.

In hoc autem & simili casu non is sum, qui, quando
ratio factorum à me petitur, vel superbe inquisitionem
averser, vel contumelijs rem gerere velim, sed placet, ut
in defensione justâ res cum re, ratio cum ratione concer-
tet: idq̃, ut minor sit erratio, futurum arbitror, si xax
nōdæ autoris insistant vestigia.

Minimè igitur, inquit, culpandi sunt, qui ex hoc
typo de advenu Christi verba faciunt ad popu-
lum, multò minus tam acerbè perstringendi. Quid
jam? concedo hoc totum & omne, sicut jam antè in Exer-
cit. bibl. pag. 71, lin. 3. & 6. & pag. 74. §. 7. & 8. lin. 24.
& aliàs sæpè concessi. Non igitur culpavi unquam eos,
qui ex hoc typo de adventu Christi in carnem differunt,
multò minus eos acerbè perstrinxi. Acerbiora illa, quæ
sunt in §. 6. eum notant, qui calumniabatur, omnia, quæ
afferrentur in Exercit. bibl. esse contra Lutherum, uti
verba expressa habent, & quæ in alium sensum se flecti ne
quidem patiuntur. Loquor ibi in singulari de uno, & non
puto posse alios, quibus cor sapit, eandem denuo mihi in-
ferre injuriam ac calumniam hanc suam facere, quum
pleraq̃ à me dicta in libello prænominato cum Lutheri
commentarijs benè conveniant. Si jam, qui se in hisce
meis Exercitationibus exercent, ea verba in plurali pro-
lata, &

Non culpan-
sur aut perstrin-
guntur, qui ty-
pum explicant,
sed calumnia-
tor,

prolata, & ad multos directa esse concionatores, afferunt,
contra scopum scribentis id fieri, clarum est.

non concionatores.

Consequentiam præterea hujus argumenti monstrari nobis cupimus: Culpatur unus calumniator, qui dixit, omnia in Exerc. allata esse contra Lutherum. Ergo culpantur & acerbè perstringuntur omnes, qui ex hoc typo de adventu Christi verba faciunt ad populum. Antecedens meum esse agnosco; Consequens, quod inde non infertur, ubi natum sit, ignoro, ego pro meo factu illud monstrum non agnosco. Si quis est ejus repertus parens, quiq; omnes illos culpavit, aut acerbè perstrinxit, suam causam agat ipse.

quod malè concluditur.

Tu vero, Christiane Lector, ne credas me esse eum, qui ita temere culpet aut tam acerbè perstringat omnes illos concionatores. De malorum vitijs in genere dico, quoties se in meis lectionibus, aut Prophetis dictisve scriptura explicandis offert occasio, idq; ratione officij, qui ab Illustrissimis meis Principibus sum vocatus, ut studiosos Theologiae instruam, & quod possum, ad Ecclesiastica munera ritè obeunda præparem, quò sanè pertinet, quæ sint ab ipsis vitanda vitia ac flagitia, ostendere. Sæpè tamen etjam dico de dignitate, virtutibus, privilegijs & præmijs bonorum ac fidelium verbi ministrorum, quod testabuntur, qui me audiverunt, vel saltem paucis ante festum natiuitatis dominicæ diebus. Credo etjam cum omnibus Theologis idem fieri ab eo, qui me jam accusat acerbitalis.

& auctori in mentem non venit, qui malos vituperat,

bonos encomijs ornat

Quis autem bonorum, doctorum & fidelium verbi divini ministrorum, quorum Dei gratiâ non exiguus reperitur numerus, illud quod tantùm in quosdam ignavos, indoctos & infideles socios, qui de altari vivunt ociosi, immunesq; sedent aliena ad pabula fuci affertur

ad quos non spectant, quæ in malos dicuntur

affertur, in se quoque inclementer dici putabit, nisi qui ipse sibi, alijque immerenti injurius esse velit videri. Matronas honestas non onerant, quæ, uti dignæ sunt, in meretrices, scorta diabolaria, prostibula, profedas vel scænicelas adduci solent convitiarum plaustra. Justitia sacerdos verus, juris consultus & æqui non commovetur, quando audit, male audire vulgò linguas rabularum forensium venales. Periti medici, qui nominis sui mensuram implent, vident ipsi, si qui minus honorificè de agyrtis circumforaneis & dentifrangibulis loquuntur. Ad summam: ordinem totum non lædit qui paucos in eo malos reprehendit.

Postquam jam liquet, non multos, multò minus omnes me culpate concionatores, et jam de illis, quæ sequuntur, quid sit habendum, constabit. Non sunt culpandi, quasi hebræum textum nec in spexerint, nec intelligant, quasi Lutheri versionem in biblijs non animadvertant, quâ ratione ipsis crassæ ignorantia & supina locordia nota inuritur. Iterum dico, hæc omnia aberrare à scopo. probari debet, me de omnibus illis, qui ex hoc typo de adventu Messia verba faciunt ad populum (id enim subjectum antea ponebatur, verum in meo scripto non reperitur, uti paulò antè vidimus) hæc scripsisse, & hæc prædicata illis attribuisse: probari potest ex meis verbis, quod QUIDAM, FORTE, non legerint textum hebraum, nec Lutheri versionem in biblijs animadverterint; illud vero, quod textum hebraum non intelligant, hic non reperio. Verba mea recognosco ex §. 3. à textu Ebraeo, quem fortè nunquam legerunt, &c. & ex §. 4. ut eam hic legant, QUI in Biblijs non animadverterunt.

Quid si dicam, si legissent & intellexissent textum
Ebraum,

Non dicitur de omnibus, quod biblia non inspiciant.

Sed de quibusdam, dubitativè.

Ebraum, aut si Lutheri versionem animadvertissent & attendissent, non facile illos mutatuos fuisse verba textus, non multum à vero me aberrare existimavero. Etjam hoc addo, utrumq; posse fieri à quibusdam, multi hebraas literas ignorant, qui tamen ad populum rectè verba facere possunt, & aliquando in citatione dicti pro concione non attendit ad ipsa verba, cui res & sensus dicti nota, id quod possem multis exemplis ex Psalmis & Proverbis probare, si foret necesse. Concludo, non loquor de ijs, qui typicè hæc verba Prophete ad Christum accommodant, multò minus de omnibus. quomodo itaq; in me quadrabit, quod inde porro deducitur:

quia ita non mutarent verba.

Quas vibices concionatores nonnulli, quos per contemum Postillatores vocant, ferre coguntur ab ijs, qui, quid sit docere populum, rarò experiuntur. Si qui sunt, qui fideles & doctos concionatores, (qui juxta apostolum 2. Tim. 2, 15. ὁρθοποιοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, δυνατοὶ εἰσι καὶ ἀπαρεκαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς ὑγιαίνουσῃ, καὶ τοὺς ἀνπλεγοντας ἐλέγχειν Tit. 1, 9. ὡς ὑπηρεταὶ Χριστοῦ, καὶ οἰκονομοὶ Θεοῦ 1. Cor. 4.1. &c.) nomine Postillatorum traducunt, pro se respondeant: ego nunquam id talibus imposui, qui non scio, an etjam nomē Postillatorum in meis scriptis unquam inveniatur; rarò id usurpo pro lectionibus, & tum demum, quando de ijs mihi sermo est, qui Biblijs planè relictis & neglectis, TANTUM POSTILLAS legunt, & ita nil aliud edocti plerumq; , quæ sunt alienissima à suo auditorio, ex Postillis afferunt, atq; ita scopum sui officij non attingunt.

Fideles & docti concionatores non dicuntur

Postillatores,

Sed illi, qui hic describuntur.

Exemplo sunt, qui in nosocomijs vel pagis Pastorum, fungentes munere (non loquor de omnibus, sed quibus-

C

dam in-

dam indoctis, quibus sequentia competunt) ex Postillâ quadam importunè depromunt, quæ de aulicorum in aulâ, de Professorum in academiâ, de consulum officio in amplissimâ urbe rectè dicta & scripta sunt, atq; hæc ad suum pauperum ægrotorum & rusticorum, illa omnia ignorantium, cœtum sine fructu enarrant, quum præsentibus de suo erant monendi Christianismo, & in eo obeundo officio.

& non defendi
debeant.

Fortassè autem alius per meum latus ita foditur, cui illud, quàm mihi, modo descriptorum errores taxare, solennius. si quid de me, hoc assevero: ut bonos nolo calumniari, sic non didici indoctis, negligentibus, infidelibus quibusdam patrocinari, quum nulli majus damnum dent Ecclesiæ quam illi ipsi.

Docere populum,

Sæpè,

nunquam experitur autor,

Sed suum facit officium,

Illam autem verba, qui, quid sit docere populum, rarò experiuntur, si in me directâ sunt, (quod vix credo) pro me respondeo. De Theoria (quod non puto, quum verbum experiri reclamet) si accipiuntur, num rarò an crebrò in lectionibus, pro ijs donis exiguis, quæ mihi Deus concessit, quomodo possit doceri populus, experiar, jam illi, qui mihi dant operam, judicabunt, & si Dominus me diutius volet esse superstitem, aliquando re comprobabo ipsâ, ac tum penes Ecclesiam Christi hæc dijudicandi erit arbitrium. Interea illud Pauli ex I. Cor. 4, 5. ne iudicate ante tempus, velut clypeum objicio. Si vero, quod existimo, de praxi ipsa intelliguntur, laudem, non vituperium in eo mihi mereri videor, quod citra vocationem currere non presumam, nec populum, mihi non commissum, docere aggrediar, qui rerum mearum satago, dum studiosam juventutem pro officij ratione instruo. Si deniq; (ut non nemo interpretari illa poterat) id verba sonant, quod rarò legam aut disputem in hac academia, sine

*sine jaētantia & confidenter dico, interrogentur, qui me
hactenus audivere, & absq̄ eorum foret testimonio, vel
restacita olim, uti spero, pro me clamabit, & quid talen-
to mihi conredito fecerim, indicabit. Atq̄, hæc velut
exordij loco sunt præmissa: deinceps narrationis vel re-
futationis incipit initium.*

Potuit Christus salvo literali sensu historię de
Passione sua verba facere ad Nicodemum ex histo-
riã exaltati serpentis in deserto Joh. 3. de officio
suo ex historiã de manna Joh. 6. de resurrectione
sua ex historiã de Jona, Matth. 12. Potuit aposto-
lus Paulus ex dicto Mosaico, non obligabis os bo-
vi trituranti, Deut. 25. 4. (cujus textum Hebraicum
sine dubio inspexit & intellexit) differere de sti-
pendio ministrorum Ecclesię, 1. Cor. 9, 9. 1. Tim. 5,
18. & ex historiã de velamine Mosis, Exod. 34.
de discrimine legis & Evangelij, 2. Corinth. 3. &
historiã de Sarã & Agar, Gen. 16. de duobus Te-
stamentis, Gal. 4. Quidni ex historiã Cyri de ad-
ventu Christi; ex historiã de liberatione populi ex
captivitate Babylonica, de liberatione nostra spi-
rituali ex potestate Satanę utiliter docerem?

*Quid ego ad hæc? victum me fateor, si hæc negavi.
quorsum vere illa omnia, si nunquam i vi inficiat, posse,
imò, ut sim liberalis, debere verbi ministrum, si velit mo-
vere rudem populum, hanc per similia & comparationes
explicandi sacrarationem non negligere; quid autem, si
inculcavi sapius, si vel sexcentis exemplis illustravi? De
re vero totã sic sentio: inter sensum literalem alicujus lo-
ci biblici, & ejus accommodationes semper distinguo ab
eo tempore, quo hæc accuratè mihi declaravit meus pa-
truus, præceptor meus venerandus. qui mihi jam*

*Quæ afferun-
tur, concedun-
tur.*

*cum distiñ-
ctione adje-
cta.*

C 2

egregium

sensus literalis
dicti unus,
accommoda-
tiones multæ,

egregium ad hanc rem locum suppeditavit ex Luth. T. 2.
in Gen. c. 15. p. 58. quem infra adscriptum vide. Illum
unum tantum esse contra Pontificios, & novos quos-
dam scripturæ interpretes assero, quorum illi quadrupli-
cem, hi sextuplicem sensum in uno loco querunt: has pro-
re nata diversas & plures esse posse, ita tamen, si debeant
esse aptæ, ut fundamenta earum habeantur alibi in scri-
ptura expressè, assevero, idq; in lectionibus aliquammut-
tis anno 1619. de sensu scripturæ publicè habitis, & dispu-
tatione de eadem materia, eodem anno, ex meo præscri-
pto à Theologia Candidato adornatâ, prolixè me expli-
care memini, atq; ita ut non unum ex præcedentibus sit
omissum. Non igitur me feriunt, sed aërem, ista om-
nia tanto conatu & apparatu prolata, quum ad singu-
la dictum factum acclamare possim, astipulor, consentio,
palmam tribuo veritati. Nunquam enim nimis dicitur,
quod nunquam satis discitur.

Non statim ty-
pus est ubi pot-
est institui
comparatio.

Inspiciamus tamen allata loca, ne temere ea transilüs-
se videamur; videbimus, similitudines in plerisq; haberi,
quas licet ex omnibus rebus sumere, dum modo id fiat bo-
no, neq; statim (quod à nonnullis fit) pro typo sacro habea-
tur, quod similitudinem aliquam præbere potest, elegan-
temq; comparationem.

Typus explica-
tus in scriptu-
râ certus.

Hoc enim est quod sæpè nego, idq; quum non rectè in-
telligitur, typos sacros rejicere omnes proclamor. Rem
æstimemus ipsam. non statim ibi typum propriè sic di-
ctum haberi censeo, ubi latet aliqua similitudo. v. g.
quis dicet omnem vitem, granum, lapidem angularem
in V. T. Christi typum (propriè sic dictum, de cuius
definitione aliàs, si opus est, agemus) gessisse, quia in N. T.
cum illis Christus Joh. 15. & 12. eap. Eph. 2. confertur?
Ubi tamen typus in N. T. habetur explicatus, quales sunt
plurimi

plurimi

plurimi cum in reliquis quibusdam libris, tum imprimis in
epistola ad Hebræos, certitudinem habemus divinam:
in alijs accommodationibus humanis potest aliquando du-
bitatio quædam remanere. Sed his missis, ad rem ipsam.
Johan. 3, 14. καὶ ὁὖν, sicut, in frontispicio se offert, & Joh. 3, 14.
Christus non dicit, ut nonnulli nimis exaggerantes, Ser-
pens ille est Christus, vel filius hominis, sed rectissimè in
multis convenire, seq̄ adumbrari.

Johan. 6, 31. inter manna & Christum est optima si-
militudo, ibidemq̄ explicata. Joh. 6, 31.

Jonæ typus Matth. 12, 40. est indicatus & evolutus
ab eo, qui est veritas, eumq̄ pluribus illustrare volui,
quum Jonæ Prophetiam ante annos quinq̄ interpretari
incipiebam. quid igitur necesse erat, illa mihi oppone-
re, quæ meis non contradicunt? repeto illud, quod in Exer-
cit. bibl. ad talia reposui, subordinata non pugnant,
qualia sensus literalis dicti, ejusq̄ accommodatio. Matth. 12, 40.

1. Cor. 9, 9. quum Paulus non mutet verba, quæ sunt
in textu hebræo, sed ea omnia propriè reddita in græco-
rum sermonem transfundat, dico, à nobis et jam multò
magis verba textus authenticæ esse sedulò investiganda, &
fideliter retinenda, quantum per idiotismum linguæ
cujusq̄ fieri potest, quod B. Lutherus & fecit ipse, & in
germanico scripto, de Interpretatione, Tom. 5. Germ.
Jenensi pag. 140. &c. Sendbrief vom Dolmetschen
inculcavit. Paulus autem illud dictum, quod benè ver-
tit, ad suum institutum accommodat: qua ratione, ni-
mis prolixum foret hic pluribus persequi.

Si tamen non potest fieri, quin aliquando hunc lo-
cum (quod antea feci binis vicibus in publico loco) inter-
preter, illum de vero bove, hunc de verbi ministro, il-
lum in sensu literalis acceptum, hunc accommodatum re-

1. Cor. 9, 9.
Invertitur ar-
gumentum.

Etissimè, declarans in id incumbam sedulo, ut sciant omnes, me contra scripturam (Deo in hoc me clementer juvante) nihil, sed ad ejus analogiam omnia collata in hujus dicti explanatione, vel alijs multis Theologis præmonstrantibus afferre, & ut spero, cum eo, qui me existimat sentire contrarium, optimè consentire. Inverto itaq; hoc argumentum: Si Paulus apostolus, immèdiatè à Deo vocatus & illuminatus, in accommodatione alicujus dicti, verba hebræa diligenter inspexit, & sine mutatione alicujus vocabuli vertit, multò magis nos, præsertim citra accommodationem, illa retinere studeamus. Sed illud, E.

2. Cor. 3.
Galat. 4.

De discrimine Legis & Evangelij ex velamine Mosis: sicuti & de historia duarum uxorum Abrahamæ (uti apostolo loqui placet) allegoria, dixi aliàs, & bis illo tempore quando de his in publicum aliquid ex cathedrâ ante sequiannum proferebam, & quidem in eam, quam hic autor tuetur, sententiam.

Sed quid ex his contra me, qui hic refutor, concluditur? attendamus: hoc scilicet, quod ego ipse scripsi. Sic qui bono animo me jam monet: Quid ex historia Cyri, & quæ sequuntur, uti supra leguntur, eademq; omnino à me dicta esse, etiam supra reperies pag. §. 7. & 8. quæ adis, aut, si malis supersedere hoc labore, ex sequentibus collige, quæ ita habent.

Scimus, typum non in omnibus respondere antitypo; (alluditur ad mea verba, quæ extant in Exerc. p. 75. §. 9. lin. 3. &c.) at Cyrum ut regem unicum, & liberatorem Judæorum, typum esse Christi, etiam rigidi illi censores negare non possunt: ergò etiam, si historia illa ad Christum applicetur, tantopere ipsis displicere non debet. Quæso te,
Lector

Lector attente, qui displiceret mihi, quod doceo, quod probo, quod commendo, & quod caput est, in rigidi censoris scripto à rigidiori ejus monitore concessum esse asseritur? mea vineta caderem, si mihi hoc, quod intenditur hoc loco displicere prae me ferrem. Verum mihi displicere id, ex meis scriptis aut dictis probari nequit. loquor autem de accommodatione typica ad Christum. nam de sensu literali hujus dicti si fiat sermo, cum hoc ipso autore nego, de Christo hic agi principaliter seu primario, & eorum, qui id asserunt, patrocinium ipse suscepturum se negat quidem, sed tamen in toto hoc sequentis dicti Proœmio, quid agat aliud, quàm ut illos (contra quos SOLOS scripsi illa mea omnia, ut quisq; sibi erit interpret, qui mea legit (saltem) defendat, equidem non video, nisi forte aliud ὀπιδον hic lateat. Ego vero hic Davus sum, non Oedipus. Verba ejus sunt:

Non displicet
 typus,

Sed si quis
 sensu literali
 seu principa-
 liter de Chri-
 sto agi Bl. 45.
 §. existimat.

Si qui sunt, qui literalis sensu, & primò textum illum Biblicum ad Christum referunt, horum ego patrocinium non suscipiam, sed modeste & firmis argumentis erudiri debebant. Accipio conditionem, & ubi extra modestia cancellos, quos mihi prescripsi pag. 6. §. 15. in Exerc. revera egressus sim, mihi monstrari peto. nam si id est, esse immodestum, nolle præter Christi, magistri nostri Mat. 23. 8 Unius addictum jurare in verba magistri, omnes Theologi erunt immodesti, quia nullus est, qui non in uno saltem dicto exponendo discrepet ab altero. Si vero propterea immodestius me gessisse censeri debeam, quod semel in toto tractatu verbum durius proloquor contra calumniatorem apertum in hujus dicti Bl. c. 45, pag. 74. §. 6. explicatione, & quod quaedam in malos quosdam miris artibus officia Ecclesiastica (ad quæ idoneos extrudere est domini messis Matth. 9, 38.) emendi-

Extra
 modestia
 cancellos au-
 tor se non
 egressum pu-
 tat.

aliàs multi
 alij immode-
 stia accusan-
 di.

emendicantes vel eementes protuli, quum tales rapientes
facrilegè, quod est Dei & auditorum, gravissimè peccent,
etiam multi alij Theologi, & imprimis B. Lutherus im-
modestia accusari possunt, quando sapè pro re natâ malos
malis nominibus nuncupant, & longè acrius insectantur,
quam ego unquam facere cogitavi.

Ad nostra hac redeo: non immodestè quenquam
alloquor, nedum bonos, qui hoc dictum ad Christum ac-
commodant, nisi calumniantem, mea omnia contra
Lutherum esse, quem in acerbiori illa apostrophe verè,
quid rectè colligo, refuto, dum ostendo, esse ipsius Luthe-
ri b. m. ipsissimam sententiam, quam produco.

Verum ut nibilest, quin malè narrando possit de-
pravari, ita etiam sapè in toto meo illo qualicunq; tra-
ctatu excerpitur id, quod forte non inconvenienter affer-
tur, dicitur id, quod mali est, quia esse videtur. Quod
si quis velit in aliorum Theologorum, (etiam hujus ipsius,
quem ob merita in Ecclesiam veneror, quiq; hac mea præ-
ter meritum, nescio quâ causâ adductus, exaggerat, &
ut possit odiosa reddere, in alienum sensum aliquando
deterquet) scriptis idem tentare, magnus ipsi verarum
invectivarum (in malos tamen jure directarum) nasce-
tur cumulus. Sed quis eos viros propterea immodestia
accusabit, nisi qui ipse hujus criminis se velit alligare?
talis imitaretur verè araneas, & velut ἀποδες a vicula
ramos, sic ille bonorum humeros, unde emineat, affectaret.

De firmitate argumentorum meorum postea videbi-
mus: nondum infirmitas est demonstrata, quod sciam:
en, jam experiri illam incipimus. Primum affertur hoc:

An ex eo, quod in Hebræo non legitur, nubes
fluant justum, sed justitiâ, item, terra edat salutem,
non Salvatorem, solidè evincatur, textum hunc
non lo-

quia refutat ca-
lumniatorem
apertum.

Una acerbior a-
postrophe ex
toto tractatu
excerpitur.

non loqui de Christo, equidem dubito. Opponere enim possent, qui contrarium sentiunt, scripturam de Christo non raro uti verbis abstractivis, ut, Esa. 49, 6. dedi te in lucem (לְאוֹרֵי) gentium, ut sis salus mea (יְשׁוּעָתִי) usq; ad extremū terræ, & Jer. 23. 6. vocatur (צְדִיקֵינוּ) justitia nostra: & in N. T. vocatur σωτήριον Θεοῦ salus seu salutare Dei Luc. 2, 30. σοφία Θεοῦ 1. Cor. 1, 24. & δικαιοσύνη, ἁγιασμός, ἀπολύτρωσις, justitia, sanctificatio, redemptio 1. Cor. 1, 30. Sed hoc alij dijudicent.

Memum, quando primū sub finem disputationis de bonis operibus hac breviter proponebam, argumentum hoc erat: (ne quid me fingere putes, vide, si placet, in Exerc. bibl. p. 136, lin. 13. ubi disputatio illa recusa, ut tantō melius omnia expendantur, qua sunt mea verba in dedicatione p. 7. lin. 5 & scies, et jam hunc autorem non potuisse illud præterire, quippe qui hunc librum habuit, quemadmodū ex citatione meorū verborū liquet) Ubi in interpretatione alicujus dicti bibliici pro justitia, ponitur justus; pro salute, Salvator; si ne gravi causa, mala fit versio. Ratio, quia vis vocum & emphasis verborum non retinetur, & multa, quod vel Logici monstrabunt, etiam Theologi in multis, in concreti & abstracti confusione confunduntur. In hoc dicto Es. 45. id fit, in mala ista allegatione sine gravi causa. Ergo dicti hujus est mala versio. Minor probatur, quia pro justitia justus, pro salute Salvator ponitur, quod ostēdo appositis hebræis vocabulis. Sic enim sonant sub finem disputationis dicta mea verba in dicto, QVOD ET MA-

Argumentum
suum verum.

repetit autor.

D

LE VER-

LE VERSUM EST, quum sensus verborum sit hic, *nubes fluant justitia*, פָּדַיְ non פָּדַיְ, edant salutem, וְשׁוֹי non וְשׁוֹי, quae omnia propterea etiam ibidem parenthesi inclusa, ut non referantur, quò nunc abripiuntur.

In majori autem merito à me tum subintellecta, nunc additur expressè illa restrictio, sine gravi causa. potest enim illa subesse, cur pro abstracto ponendum in versione concretum, vel ex hebraea lingua & graecae, ex quibus vertimus, illius tamen imprimis, idiotismo, ut quando pro superlativo concreto usurpatur abstractum (exempla multa alibi cumulavi) aut quando periphrasis adverbij datur, velut, לְבַטָּח ad confidentiam h. e. confidenter, securè: בְּצֶדֶק vel בְּצֶדֶק in justitia hoc est, justè: vel ex lingua illius proprietate, in quam convertitur & transfunditur textus authenticus, quae potest esse multiplex, & hic non potest enumerari.

Potest esse causa, cur pro abstracto ponendum in versione concretum.

Cur prius falsa citatio rejecta.

Cur vero prius, quàm veram versionem, sensum & usum dicti traderem, falsam allegationem refutaverim, in causâ est, quod cuperem industrios agricolas imitari, qui terrae non antè bona mandant semina, quam inutilibus & noxijs eam herbis diligenter perpurgaverint.

Pro eo suppositum non agnoscit,

Hoc argumentum meum, quod nondum illis arietibus impulsam ruit, nec dum à me deseritur, ita transformatur in hoc planè alienum, quod non agnosco: ubi est verbum abstractivum, Christus non potest intelligi. In loco Es. c: 45. est verbum abstractivum. E. Christus non potest intelligi. Major propositio à me nunquam est allata, multò minus approbata, & proinde frustra ejus, tanquam à me posita, universalitas instantijs allatis convellitur. Et ex illa collatione nihil, ne dicam solidè aliquid potest evinci, & num hic fit

quia elumbis syllogismus nihil probat.

hic sit elumbis Syllogismus, ego non dubito, sed planè scio, & miror alios dubitare. remittamus eum suo auctori, quum malè à me rei ipsi & quæstioni principali opposita esse fingantur, quæ versioni prava sunt obducta. Sed hæc alijs dijudicent.

Proinde de probationibus ceteris non est sollicitus, & malè auctori qui principio illo malo, quod evertunt illæ, non est nixus: sed de hoc jure quispiam dubitaverit, possit né aliquis salvâ conscientiâ, & illasâ caritatis Christianæ regulâ alijs ea attribueret, quæ ab ipso nunquam sunt profecta, eaq; ad conflandam huic invidiam exagitare? Et de primo argumento sic satis multa.

Secundum meum argumentum (quod in Exercit. p. 74. lin. 3.) tale est:

Qui è cœlo descendit, è terra non provenit, puta quod ad idem, ratio, quia terra non est cœlum. Christus è cœlo descendit, ut habent symbolum Nicenum. E. è TERRA non provenit, & proinde falsa est illa allegatio loci, quæ dicit, Christum è terra hac provenisse.

Pro illo substituitur istud: Qui è cœlo descendit, non è terra (deest prædicatum, potest suppleri per EST, vel ἀπὸ τοῦ κοινού repeti, descendit, quam tamen phrasin, descendit è terra, non intelligo.) Christus è cœlo descendit: E. non è terra.

Huic deinde opponitur ille syllogismus ἰλεγχπκός: Qui IN TERRIS ex Maria virgine humanam suam naturam assumpsit, cœlitus eam non at-

D 2 tulit.

& malè auctori tribuitur.

Secundum argumentum auctor repetit.

Pro illo suppositum aliud,

& huic oppositum tertium.

tulit, Christus in terris ex Maria virgine humana-
nam suam naturam assumpsit. E, cœlitus eam
non attulit.

Elenchi requi-
sita,

Monent Philosophi ad ἔλεγχον verum & probatio-
nem contradictoriae propositionis requiri, ut idem subje-
ctum & idem predicatum accipiantur 1. ὡσαύτως. 2. κατὰ τὸ
αὐτὸ. 3. πρὸς τὸ αὐτὸ. 4. ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Hæc contradi-
cens conclusio illa requisita non habet, cum nequidem
idem predicatum utrobiq; E. Concludi debet, ut con-
tradicator saltem conclusio ni Syllogismi substituti E. Chri-
stus est E T E R R A, (quod pie dici posse illo sensu, quo
vox terra apud Esaiam c. 45, v. 8. accipitur, de quo
controvertitur, non credo) pro eo infertur, E. Christus
suam humanam naturam cœlitus non attulit; quod quor-
sum spectet, ignoro, quum nunquam per vitam meam
cum Anabaptistis fanaticis asseruerim, Christum hu-
manam suam naturam cœlitus attulisse. Magna res
est, alicui tam grandem hæresin affricare; magnis oportet
eum esse instructum argumentis, qui hoc se evicturum con-
fidit, præsertim de eo, qui Anabaptistis similibusq; fana-
ticis parum favisse visus est.

Autor cum A.
nabaptistis non
facit.

N. V. C. E cœ-
lo non attulit,
E, est è terra.

Illam consequentiam (si modo rectè assequor concluden-
di modum) tantum negocium non conficit: E cœlo non
attulit, Ergo est è terra, vel in terris assumptum aliquid,
cum possit res quadam (absit enim ut de Christi humana
natura ita ludamus Theologi, qui scimus & credimus
utrinq;, Christum ex Maria virgine esse natum) nihilo-
minus esse ex aëre vel aqua, v. g. aves, quas Deus dedit
Israelitis in deserto Numeror. 11. pisces, quos dedit Chri-
stus apostolis Luc 5. Joh. 21. Quis hic ita argumentetur: De-
us non attulit cœlitus aves & pisces. Ergo è terra pro-
venerunt.

Quid

Quid moror? argumentum & sententia, quæ refu-
tantur ad mea verba, non sunt mea, ideoq; de his sal-
vandis cogitet qui velit. Qui vero ego solidè eo constrin-
gi quædam, nondum dispicio, quum in hisce, quantum ego
judicare possum, sit magna verborum meorum perver-
sio, quæ si esset à me instituta, minus candidè me egisse
multi, neq; id injurià, clamitarent.

Autor suorum
verborum per-
versione non
constringitur.

Non addo hic, secundum quam naturam, & qua
ratione Christus de cælo descenderit, quia non est hujus
loci: si quis de eâ questione meam confessionem exegerit
facile illam à me impetrabit.

Tu verò, Lector, ne me putes hic alere hæresin, re-
futavi eam pronuper, & ante annum in dicti ad Galat. 4,
4. expositione.

Pausa alia obiter annoto. Primum, illud, quod
est in textu אָדָנָי idq; versum à me, edant vel germinent,
cur in meorum verborum allegatione mutatum sit in
edat, ignoro.

Substituatur
pro edant, e-
dat.

Deinde pro eo, quod in Exerc. bibl. scribitur,
pag. 73. lin. ult. & pag. 74. lin. 1. vulgò citant,
hic reponitur, qui sint, qui Lutheri versionem in tex-
tu Esaiæ ita legant. Quomodo enim Lutheri versio
esset illa, quam improbo, quum eam modo contra illam
probaverim? & quomodo possit in textu legi, quod in eo
non est? Sed quandoq; ita citatur hoc dictum, sensu, uti
credibile est, ex latinâ versione vulgatâ huc traducto,
præsertim quum verba, quæ hic leguntur apud vulga-
tum interpretem, latina sæpè proponantur in concione,
etiam contra id, quod legitur i. part. decretal. di-
stinct. 9. ut V. T. librorum fides de Hebræis volumini-
bus examinanda est, ita N. T. veritas græci sermonis
normam desiderat.

pro citant,
legant.

Conciliatio-
nem horum
desideramus.
Lyra delirat lo-
cum Es. 45, 8.
accipiens, de
Maria.

Porro conciliationem aliquam expectamus horum, quæ
sequuntur cum precedentibus. Pag. 182. scriptum me-
minimus, Lyram hoc nomine nimis delirasse, quod hoc, Ro-
rate cœli, &c. ad B. Virginem Mariam, Salvatorem
mundi concipientem, refert, &c. sup. vide.

Lyra & Pontificij redarguuntur, quod hoc dictum ad
& de Maria ra Mariam applicent, & jam ab autore, à quo fuit insti-
men accipi pos- tuta illa reprehensio, huc idem dictum applicatur sub fi-
se dicitur. nem pag. 185. dum illi particula, Christus è terra non

provenit, pro alijs opponitur, Christus in terris ex Maria
naturam humanam assumpsit. Quæ propositio si ex hoc
Esaia dicto non deducitur, quid necesse erat, horsum il-
lud, quod erat extra dubium, atq; omnem controversi-
am, huc contra me accessere? quomodo meæ propositioni,
quæ negat aliquid de hoc dicto, contradicet juxta regu-
las Logicorum?

ex profyllogif-
mo ostenditur.

Quid? quod profyllogismus sequens idem vult evin-
cere, è terra esse Christum, idem esse, quod ex Maria nasci.

Ita puto procedit: Sicuti David vocem terræ acci-
pit, quando scribit in Psal. 139, v. 15. se in in-
ferioribus terræ artificiosè esse confectum, ita
hîc apud Esaïam c. 45, v. 8. eadem vox accipi-
tur. Sed ibi accipit de utero matris. Ergo hîc
apud Esa. etjam de utero matris Christi seu B.
Virginis Mariæ accipitur,

qui refutatur,

Notum est Logicum axioma, Ex puris particulari-
bus nihil sequitur. Major autem in hoc Syllogismo est
particularis, & nititur hac falsa hypothese: Ut vox quæ-
dam in uno loco scripturæ accipitur, ita etjam in presen-
ti ac controverso, nisi enim antea constiterit, locos illos
collatos

collatos inter se, esse verè parallelos, & utrobique agi de re
planè eadem, nihil probatur.

Jam vero ex sententia auctoris nostri de conceptione
Christi in hoc dicto Esaia non agitur: Ergo cum illo loco
Davidis, in quo de conceptione Davidis, ejusque formatione
in utero matris, non potest rectè conferri, & per consequens
nihil contra me, Esaia locum de conceptione Christi non
explicantem, hinc inferri.

locus Es. 45. 8.
cum loco Da-
vidis Ps. 139.
15. non potest
rectè conferri.

Minor etiam illius syllogismi nondum satis est con-
firmata, & num solidè. inde contra Calvinianum, aut
alium, quæsitum possit evinci, dubito. Opponere enim
possent, qui contrarium sentiunt, per inferiora terræ
apud Davidem non intelligi ipsum matris uterum necessa-
riò, quum per comparationem loquatur Propheta regius,
& ellipsin particulae similitudinis (quæ aliàs in scriptura
frequens) velut in inferioribus terræ artificiosè confe-
ctus sum: quasi dicat, ut artificiosè extra omnem conspe-
ctum humanum in inferioribus terræ cavernis à Deo præ-
paratur aurum, argentum, &c. ita & ego in utero à
Deo sum obtectus v. 13. & factus in abdito v. 15.

Nonnulli hic
per inferiora
terræ non in-
telligunt ute-
rum.

Sed verba pro-
priè accipien-
tes ellipsin
particulae si-
militudinis ef-
se statuunt.

Quod si acceptamus à Calviniano Junio, quum non
sit hæc explicatio contra fidei analogiam, longè expediti-
us possumus respondere Calvinianis alijs, quando illi ma-
gno conatu conferunt cum illo loco Davidis, locum Pau-
li Ephes. 4, 9. & ob collationem duorum similium loco-
rum per ipsa κατώτερον ἐγὼ μέσση τῆς γῆς Maria Virginis uterum
volunt intelligi, quod tamen à Lutheranis ibidem non
conceditur. Consulatur explicatio libri Christianæ
Concordiæ edita à D. Leonharto Huttero b. m.
Witteb. anno 1611. 941. Verum hæc ἐν παρόδῳ, & esto
hic nova quædam biblica in uno dicto exercitatio. interea
quisque hic per me suo abundet sensu, neque illam explicatio-
nem nunc

& Calvinianis
id opponunt
ab utentibus
Ep. 4. 9.

nem nunc urgeo, quum allatis contra me nil quicquam
urgear, & adhuc solida videantur meae rationes, quum
nondum sint ijs, quas in contrarium adductas vidimus,
refutatae

Num solidè re-
futet vel refu-
ctur.

Judicet qui potest, anne solidè constringatur meo Syl-
logismo mala versionis latinae, vel germanica à me produ-
cta defensor? anne illū evertat illa objectio, quod Christus
IN TERRIS naturam humanam assumpsit? item, quod
David vocet uterum matris terrae inferiora? quum sal-
va mea thesi utrumq; possit concedi, & dici, aliter apud
Esa c 45, 8. & aliter apud Davidem Psal. 139, 15. vo-
cem terrae usurpari.

Conclusio.

Conclusio hujus admonitionis restat: Præstaret er-
go errantes solidis rationibus in viam reducere,
quàm erroribus verborum aculeis insultare, præ-
sertim quum servum Domini mansuetum esse de-
ceat, &c.

Ad illam data
responsio.

Respondeo breviter. ubi quis dolet, ibi manum ha-
bet, & sapè ulcus hoc tangitur, quod semel, si ita dicen-
dum, adhibuerim verborum aculeos, qui tamen non in-
sultant erroribus, sed manifesta calumnia de soliditate
meorum rationum hætenus est disceptatum: penes te,
Lector candide, erit iudicium, & per tuum jam stabunt
aut cadent arbitrium, si modo id à vero rectoq; non de-

2. Tim. 2, 24.
25. Rom. 15 1.

vium Subjunctam Pauli admonitionem utramq; me-
cum omnes p̄i doctores sibi habent commendatam. Ego,
si quid contra illas deliqui, deprecor: sin minus in hoc
negocio id claret, is, qui me immodestia & Philantias in-
simulavit, quid sibi faciendum, in corde postquam con-
vocavit senatum consiliarium, potest deliberare.

Conclusio au-
toris.

Quod restat, ego etiam nunc concludo: Præstaret
errantem me solidis rationibus in viam redu-
cere,

cere,

ere, quàm aliena mihi affingere, eaq; pro me-
is exagitare. Quod sub finem hujus declaratio-
nis bono animo moneo, & ut illud *ſc̄torum*
proteſtari audijſſe videar, citra cujuſq; injuri-
am omnia dicta & ſcripta eſſe volo.

Antequam verò te, Lector benevole, proſus à me
dimittam, et jam hoc te volo, ne ſis reſcius. Lingua ſancta,
& unde illius ratio petenda, Grammatica hebræa ſtu-
dium ſoleo Theologia Studioſis commendare, ita tamen,
ut, quum vim vocum atq; emphasi, verborumq; ſtru-
cturam inde cognoverunt, ita demum ex collatione loco-
rum verè in textu authentico parallelorum interpreta-
tionem omnem dicti alicujus inſtituant, ut ſit analoga fi-
dei. Quod autem ego bono fine ita inculco, & propte-
rea, ut, ſive docendus fuerit ex ſuggeſtu populus, ſive
ex pulpito Studioſa juventus, τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, quæ in
V. T. in lingua hebræa extant, afferantur, ſic à non-
nullis acceptatur, quaſi Theologiam faltem ex gram-
maticalibus vocum & ſyllabarum apicibus cenſeam
æſtimandam. Sanè ſi qui ſunt, qui ita Grammatica
tractant, ut res ipſas & myſteria ſacra obſcurent, aut ne-
gatum eant, velut Judæi & Photiniani, vel praxin ſcri-
pturæ negligant, & omnem ſuam vitam in Rabinorum
triticis conſumant, illorum ego patrocinium ut non ſuſci-
pio, ita pro ſtudijs, cui ego me dedi, alijsq; ut ſe ipſi de-
dant, autor ſum, ſummæ neceſſitate & maxima utilita-
te probanda quadam judicia aliorum graviffimorum
Theologorum huc adſcribam, & quid de meis ſtudijs, re-
ſtene an ſecus ſint in Theologicis rebus inſtituta, non ab
alijs jam occupato, animo videatur, ut ex ſcriptis meis
qualibus qualibus dijudicetur, omnes æquos rerum arbi-
E tros volo

Hebrææ lin-
guæ & Gram-
maticæ ſtu-
dium com-
mendatur.

non verò
inanis ſylla-
barum & api-
cum confide-
ratio.

Votum auto-
ris.

N. B.

qui cupit rectè
erudiri.

eros volo rogatos, & eos, qui contra illa mea sunt scriptu-
ri, oratos, ut mea, non aliena, oppugnent, ex scri-
pturâ sacrâ mecum agant, meos errores dilucidè
inde monstrent, verioremq; si quam habent, sen-
tentiam confirment. Nam ut hoc de suo mihi largia-
tur Augustinus lib. 1. de Trin. cap. 2. nec piget
me, sicubi hæsito, quærere, nec pudet, sicubi erro,
discere. Ita demum verè juxta illud sapientissimi re-
gis Prov. 27, 17. ut ferrum ferro aliquis acuit, ita virum
acuit facies amici sui. quam sententiam et jam Pinda-
rus Olym. eid. 1. ponit

Θήξας δέκε Φῶτ' ἀρετᾶ ποτὶ
πυλώριον ὤρμασε κλέθ' ἄ-
νῆρ, Θεοῦ σὺ παλάμα.

Judicia alio-
rum Theologo-
rum idem com-
probantia.

Hisce feliciter vale, plurimumq; salve, Lector, &
nunc porro, si tibi ad eam rem ocium, aut animi pro lubi-
um, quæ nos circumstet testium nubes (ut scripturæ
phrasin usurpem) oculis curiosis percurre. Agmen
ducat, qui merito suo inter patres Græcos MAGNI
nomen possidet.

Basilij Magni.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΟΜΕΓΛΑΣ ἐν θεωρίᾳ
Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Omnis syllabæ
sensus inqui-
rendus.

ΤΟ μὴ παρέργως ἀκούειν τῶν Θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν
τὸν ἐν ἐκάσῃ λέξει καὶ ΕΚΑΣΤῆΙ ΣΤΛΛΑΒῆΙ κεκρυμ-
μῆνον νοῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς ἐυσέβειαν. ἀλλὰ γνωρίζον-
των τὸν σκοπὸν τῆς κλίσεως ἡμῶν. ὅτι περὶ κεῖται ἡμῖν, ὁμοιωθῆ-
ναι θεῷ, κατὰ τὸ δυνάτον ἀνθρώπου φύσει. ὁμοίωσις δὲ, οὐκ ἄνευ
γνώσεως. ἡ δὲ γνώσις, ἐκ διδασκῶν λόγῳ δὲ, διδασκαλίας ἀρχῆς
λόγου δὲ μέρη, συλλαβαί καὶ λέξεις. ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε
τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. οὐ μὲν ὅτι μικρὰ ὡς ἂν τῶν δόξαι τὰ
ἐρωτήματα, διαποῦτο ἢ παροφθίωσι ἀξία. ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθῆρατῶ
ἢ ἀλήθεια, παταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα εἰ γὰρ ὡσπερ αἰτίχνα
ἴστω καὶ ἡ τῆς ἐυσεβείας ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσηκασ
αὐξεται.

N. B.

N. B.

N. B.

neq; id extra
scopum Theo-
logi.

ἔξεται, οὐδενὸς ὑπερπλέον τοῖς εἰς τὴν γνώσιν ἐισαγομῆσι. ὡς εἰ τις
 τῶν πρώτων συγγραμμάτων ὡς μικρῶν ὑπερίδοι, πότε τῶν τελείων τῆς σο-
 φίας ἐφάψεται. τὸ ναί, καὶ τὸ οὐ, συλλαβαί δύο. ἀλλ' ὁμως τὸ
 κράτιστον τῶν ἀγαθῶν ἢ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ἔσθ' τῆς πονηρίας
 τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλακίς ἐμπεριέχεται. καὶ
 τί ταῦτα λέγω. ἤδη ἡς καὶ μόνον κοστανένους τῆ κεφαλῇ ἐν τοῖς
 ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις, πασις πληρωτῆς ἐνσεβείας ἐκείθι. εἰ δὲ ταυ-
 τα οὕτως ἔχει, τί τῶν θεολογικῶν ῥημάτων οὕτω μικρὸν, ὡς ἢ καλῶς
 ἢ ἐναντίως ἔχον, μὴ μεγαλύτερον παρέχειν τῆ ῥόσῳ ἐφ' ἐκάτερον. εἰ γὰρ
 ἐκ τοῦ νόμου ἰῶτα ἐν ἡμῶν κεφαλαῖα οὐ παρελεύσεται, πῶς ἡμῖν ὁσφρα-
 λὲς ὑπερβαίνειν καὶ τὰ μικρότατα

N. B.
 qui singula,
 etiam minu-
 ta, debet ri-
 mari.

Illorum vero, qui superiori seculo vixerunt, ut cory-
 phæus est B. Lutherus, ita etiam hujus agminis dux erit ipse,
 cum hinc inde linguam hebræam maximo commendans o-
 pere, tum vel imprimis eam studendi rationem, quam se-
 quor, valde extollens Tom. 2. germ. Jenensi, In der Schrifte
 an die Bürgermeister vnd Rathsherrn aller Städte in
 Deutschland/das sie Christliche Schulen auffrichten vnd halten
 sollen/fol. 463. b. & c. quò Lectorem pium remitto. Adscribe-
 re huc placet ejus gravissimum judicium, quod hac de re ex-
 tat Tom. 3. lat. Jenensi in principio enarrationis Psal. 45. fol. 444. b.
 dignumq; est, quod ab omnibus, qui Theologiæ dant ope-
 ram, probè consideretur. Sæpe monui, ut Ebræam linguam
 disceretur, nec eam ita negligeretis. etsi enim ejus linguæ
 nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione discen-
 da erat: quod pars quædam religionis & cultus Dei est, eam
 linguam docere vel discere, quæ sola, quicquid usquam
 divini est, docet. auditur enim in eâ Deus loqui, audiun-
 tur sancti invocantes, & maximas res gerentes, ut studi-
 um, quod in hanc linguam discendam collocatur, missa
 quædam seu cultus Dei meritò vocari posset.

Hebræam
 linguam di-
 scere est pars
 cultus Dei,

Quare seriò vos hortor, ne eam negligatis. Periculum enim
 est, ne Deus hac ingratitude offensus, privet nos non
 solum cognitione hujus sanctæ linguæ, sed & Græcæ &
 Latinæ, & totius religionis. Quam facile enim ei est exci-
 tare barbarum aliquem populum, ut hæ linguæ unà intere-
 ant. Sed præterquam quod pars cultus divini est hoc stu-
 dium,

& proinde
 non negli-
 genda.

Theologis.

N. B.

ut possint dia-
bolo resistere.

Lutherus suam
cognitionem
in lingua Heb-
magnæ estimat,
& arguit Po-
stulatores.

N. B.

diam, continet etiam maximam utilitatem. si enim aliqui
futuri sunt Theologi, sicut necesse est, (neq; enim omnes Jura aut
Medicinam discemus) oportet eos esse munitos contra Papatum, &
aliud odiosum hominum vulgus, qui cum unam Hebræam vocem
sonare didicerunt, statim putant se magistros hujus sacræ
linguæ. ibi nisi nos eam tenuerimus, tanquam asinis illu-
dent & insultabunt. sin autem nos quoq; muniti fuerimus cogni-
tione hujus linguæ, poterimus ei impudens os obstruere. Sic enim dia-
bolo & ejus ministris resistendum est. arbitror autem habituros
nos religionis nostræ hostes Hispanos, Gallos, Italos &
Turcas etiam; ibi certè cognitione Hebrææ linguæ opus e-
rit. scio enim, quantum mihi contra meos hostes profuerit.

Quare hac quantulacunq; cognitione infinitis millibus au-
reorum carere nolim. Et vos quoq; dabit operam, qui aliquando
docebitis religionem, ut hanc linguam discatis, si non pecora campi, &
indoctum vulgus haberi vultis, quod edis germanicis libellis adjutum
utrunq; Evangelia Dominicalia & Catechismum docet.

Sed opus est etiam ducibus quibusdam doctrinæ: & o-
portet habere pugnatores, qui stant in acie contra aliorum
nationum & linguarum homines, qui sint doctores, judices,
& magistri in hac lingua. Hæc Lutherus Theologus ille
verè magnus, quibus quædam subscripserim in dedicatio-
ne mea præfixa Exercitationibus biblicis, non debet
ea adeò displicere multis, in primis quæ longè acerbiora
in hoc & pluribus aliis tertij nostri & ultimi Elia scri-
ptis in eos reperiuntur allata, qui sanctam linguam con-
temnunt.

Eadem est Philippi Melanchthonis, fidi Lutheri,
dum vivehat, parastata, & multorum aliorum sententia,
quorum verba tamen non addo, quod nimis prolixum
foret hoc & tædiosum. Reliquorum interpres erit ma-
gnus & profundè doctus Theologus D. Martinus
Chemnitius, quem vide in Locis Communibus (editis
Francofurti ad Mænum anno 1591. in quarto, uti vocant)
Part. 1. Loco I. cap. 1. pag. 129. lin. 2.

Singu

D. Chemnitij.

Singulæ appellationes, aliquid afferunt, unde illustrari possit hic locus de creatione: sicuti illi, qui emphasin & vim horum vocabulorum ex fontibus lingue Hebraea & Graeca, diligenti locorum scripturae collatione erunt, re ipsa deprehendent.

L. 7. p. 230. lin. 19.

Quia inter operationes Spiritus S. numeratur donum linguarum, non est dubium, scripturam posse rebus maxime proprias & significantes appellationses tribuere, ut quæ aliàs prolixis commentarijs per multas divisiones vix explicantur, in ipsis vocabulis, tanquam in suis fundamentis, non sine magna animi delectatione perspicui possint. Videtur sane studium plane puerile, *querere Grammaticas significationes vocabulorum*: Sed quantum momenti habeat, in ipsis rebus, ve ex hoc Loco (de Peccato) intelligi potest.

N. B.

N. B.

P. 240. l. 12. Multi, qui non intelligunt, quæ sit ratio appellationum, movent sæpe rixas non necessarias, & multo acerbiores de vocabulis, quàm de ipsis rebus. Et tamen omnino præceptum istud (propter concordiam loquendum esse cum Ecclesia) non potest servari, nisi ex hac Grammatica diligentia cognoscantur causæ, propter quas Ecclesia vetus alios modos loquendi comprobavit, alios rejecerit.

Part. II. p. 2. l. 11. b. Et hæc diligentia non tantum ad Grammaticam pertinet, sed propter res ipsas utilis & necessaria est.

N. B.

P. 239, l. 5 b. Nec judicandum est, leve & puerile esse studium, explanationem vocabulorum. Nam sicut res ipsæ in hoc loco (de Justificatione) longe supra & extra conspectum rationis positæ sunt: ita etiam sua quædam peculiariora vocabula habet Spiritus Sanctus in doctrina justificationis, quæ à communi consuetudine recedant. Et Ecclesia tantum debet esse Grammatica, hoc est, non debet fingere res novas, aut nova dogmata gignere, sed ea, quæ à Spiritu S. tradita sunt, debet discere ex genuina significatione vocabulorum, quibus in tradenda doctrina cœlesti scriptura utitur: & postea ostendemus, neglectum veræ Grammatices, fuisse fontem & scaturiginem omnium errorum in hoc articulo. Et cap. II. Harm. Euan. p. 245. sine vera Grammatica vocabulo-

N. B.

N. B.

N. B.

N. B.

rum explicatione res ipsæ rectè non possunt evolvi. p. 257. ipse Grammaticæ minutie non sunt ociosæ. cap. 56. p. 118. sine adminiculo Grammatices vera sententiæ emphasis & proprietates nec deprehendi, nec intelligi potest. cap. 4. p. 126. si adhibeatur grammatica explicatio, plana erit. ibid. p. 127. observetur grammatica differentia.

Phrasis scripturæ examinanda.

N. B.

D. Aegidius Hunnius T. 3. colum. 1026. A. B. in methodo concionandi. Deinde phrasin scripturæ, quæ Spiritus S. mentem continet, accuratâ diligentiam examinabit, quò sensum præsentis textui proprium & nativum isto vocum examine assequatur. Quandoquidem ignorantiam φησέως simul ipsarum quoq; rerum, quæ vocabulis designantur, ignorantia comitari solet.

in textu authenticò à diligenter concionatore.

N. B.

Tertiò: cum sacra scriptura veteris Testamenti in lingua hebræa à Prophetis: novi Testamenti autem in Græca ab Evangelistis & Apostolis consignata sit, non pigebit diligentem concionatorem, si vel mediocri earum linguarum cognitione imbutus sit, ad fontes ipsos recurrere, atq; eam, quam enarrabit, pericopen in originali sua lingua inspicere, ut tantò majori certitudine de sententiâ Prophetæ vel Apostoli judicare possit. Multò enim solidius & rectius de sensu scripturæ poterit statuere, qui vel mediocrem notitiam harum linguarum habuerit, quam qui hoc linguarum beneficio destitutus, ab interpretum translationibus, magna varietate inter se discrepantibus, pendeat.

N. B.

Idem ibidem colum. 1024. C. Principio probare nulla ratio Postillatores re. ne possum supinam eorum ignaviam, qui Evangelium autprehenduntur. epistolam dominicalem enarraturi, sine ullo præeunte suo labore, meditatione & inventione propria, confestim ad **POSTILLAS**, ut vocant, recurrunt, & suo se munere probè defunctos autumant, si ex ijs enarrationes ab alijs elaboratas, **PSITTACI IN MOREM**, ex cathedra recitaverint. Quæ res non modo desidiam justissima reprehensione, hoc præsertim felicissimo seculo, ubi artium dicendi linguarumq; studia, tanquam adminicula sacrarum concionum, tantoperè florent, castigandam arguit: verum etiam

N. B.

N. B.

etiam

etiam multa alia incommoda secum trahit. Etenim sicut
Postillarum inspectio tum demum fructuosa fuerit, ubi
tua prius meditatio inventioq; propria antecesserit, atq;
ipsemet in præsentis textus interpretatione & dispositione
laboraveris: (sic enim deinde ex aliorum lucubrationibus
tuas meditationes corrigere, & quæ illarum inspectione tuæ
inventioni deesse animadvertes, utiliter supplere poteris)
ita vicissim qui Postillis adeo superstitione se addixit, ut
propriam laborem non præmittat: is toties à sententia &
mente Spiritus S. in scripturis explicandis aberrabit, quo-
ties is postillator, in cuius res & verba juratus est, erra-
verit.

Postillarum
quis usus.

N.B.

Et paulò post colum. 1025. B. Et quod maximum est, si forte
alicujus scripturæ sacræ textus (qui in Postillis explicatus
non extat) hujusmodi ignavo concionatori explicandus
proponatur: ipse hætenus postillarum beneficio nimium
confusus, parumq; de sua inventione, dispositione atq; me-
thodo sollicitus, ex ejusdem methodi ignorantia nesciet,
quo pacto textus propositus in formam concionis redigen-
dus sit, & planè, quod dicitur, in pice hærebit, cum hæte-
nus ocio & ignaviæ deditus nunquam eò contenderit, ut
propria dexterritate conciones elaborare disceret.

Postillator
potest nisi ex-
plicatum tex-
tum exponere.

N.B.

Inspiciantur quæ nuper D. Wolfgangus Franzius in hanc
sententiam prolixè tractavit in libri de Interp. scriptura p. 22.
44. 45. 46. & c.

Ne te morer ulterius, vide ad unum omnes, qui
contra Pontificios pugnantes pro authentia vul-
garæ versionis latinæ, scripserunt, aut eos, qui de
scriptura sacra legenda in textu authentico hinc
inde creberrimas instituere admonitiones. Tu ve-
ro quisquis es Theologiæ Studiosus, Sacras literas
rimari nunquam desine, memor illius, quod cecinit
Claudianus, vel quisquis demum est illius carminis
autor, contra vanos Poëtas,

& aliorum
ubi invenien-
da, ostēditur.

Quanto

*Quanto major ab his eedit tibi gloria ceptis,
 In quibus & linguam exercens mentem quoq; sanctam
 Erudies, laudemq; simul, vitamq; capeſſes!
 Dumq; leges catus & ſcribes miracula ſummi
 Vera Dei, propior diſces & carior ipſe
 Eſſe Deo: quem dum credens miraris, amare
 Incipies, & amando Deum redamabere Chriſto.*

F I N I S.



*Locus B. Lutheri, cujus ſuprà facta eſt mentio,
 quia antè allatam & deſenſam ſententiam valde illuſtrat
 ac confirmat, Tom. 2. Comment. in Genes. in cap. 15.
 pag. 58. a. digniſſimus videbatur, qui huc appo-
 neretur.*

Latina Eccleſia habet paucos commentarios in Moſen.
 Lyra præcipuus eſt, ex eo nati ſunt poſtea alij, Hugo
 Carrenſis, &c. Admonet autem hoc in loco de Canone
 Canon Lyrae. quodam ad ſacram ſcripturam intelligendam perneceſſa-
 rio, quod multi loci ſcripturæ habeant duplicem intelle-
 ctum, Literalem unum de terrenis, alterum de ſpirituali-
 bus & æternis donis, atq; in eo numero præſentem quoq;
 locum ponit.

Quatuor ſen-
 ſus ſcripturæ,
 N. B.
 N. B.,

Ac in Scholis Theologorum notiſſima regula eſt, ſcri-
 pturam quadrupliciter eſſe intelligendam. Alium enim
 eſſe ſenſum historicum, ſeu literæ, alium tropologicum,
 alium anagogicum, alium allegoricum. Ego quidem
 facile patior unumquemq; abundare ſuo ſenſu. ſed noſtrum
 ſtudium in hoc præcipuè ponendum eſt, ſi ſacra dextrè tra-
 ctare volumus, ut habeamus unum ſimplicem, germanum &
 certum ſenſum literalem.

Nam plu-

Nam plures sensus scripturæ tribuere, non solum periculosum esse judico, & ad docendum inutile, sed etiam scripturæ authoritatem elevat, cujus unam eandemq; sententiam perpetuo esse convenit.

Unus certus sensus literalis quærendus in scriptura sancta.

Etsi igitur cum Lyra non pugno hoc in loco, tamen eum sequi nolo. Exponit promissionem minus principalem de possessione terræ Canaan, principalem autem de promissione spirituali & æterna vita.

Sic Psalmi sententiam: Erit mihi in filium, & ego ei in patrem, minus principali sensu exponit de Salomone filio Davidis; principaliter autem dicit intelligendum esse de Christo.

Adjuvari igitur discentium studia hoc canone Lyra existimat, ut evolvere se ex obscurioribus locis possint: Sed ego diversum judico, & statuo, in Ecclesia hunc canonem sequi, neq; tutum, nec utile esse.

Canon Lyrae rejicitur.
N. B.

Unus enim ubiq; certus & simplex historię sensus captandus est, quem si mutas, aut ab eo discedis, à scriptura te discessisse scias, atq; adeo incertam & dubiam sententiam sequi.

Sensus literalis unus,
N. B.

Quod igitur ad præsentem locum attinet, certum est, de utraq; possessione & spirituali & corporali loqui Mo- sen: sed non, ut Lyra putat, iisdem verbis, sed distinctis, ita ut alijs verbis spiritualem, alijs corporalem promissionem ostendat.

Et gravis error est, si Lyra secundum suum Canonem, verba in alium sensum transformare, & minus principaliter de corporali Israel benedicendo corporaliter exponere conetur.

N. B.

Ad hunc modum hoc in loco principalis, unus & singularis sensus est, loqui Dominum de promissione corporali terræ Chanaan, nec geminus historię seu literæ sensus hic concedendus est.

Si quis allegoriam quærat, & ex Vr Chaldæorum faciat infernum, peccatum & mortem, ex terra Chanaan autem vitam æternam, eum peregrinam sententiam & a verbis alienam sequi, nemo dubitabit.

Allegoria.


F

Etsi au-

luminat, ipsa adjuvat, confirmat. Ab ipsa postulo doceri multò plura, quæ nescio, à quâ accepi pauca, quæ scio. Ipsam rogo, ut præveniente ac subsequente misericordia, quæcunq; salubriter scienda nescio, doceat me: in his, quæ vera novi, custodiat me: in quibus ut homo fallor, corrigat me: in quibus veris titubo, confirmet me, & falsis ac noxijs eripiat me: ut in cogitationibus ac sermonibus meis, quod salubriter donat, inveniat, & ea faciat de ore meo procedere, quæ sint coram ipso principaliter grata, & sic fiant fidelibus cunctis accepta.

* Augustini.

Augustinus libros de Trinitate lib. 15. ita concludit: Domine Deus, quæcunq; dixi in his de tuo, agnoscant & tui: si qua de meo, & tu ignosce & tui. Amen.



Σφάλματα quædam typographica ita corrigantur.

A. 1 b. lin. 2. lege \square קִי־וִשׁוּ. ibid. lin. 3. \square א. 3. a. lin. 6. deest prius parentheses signum, ante verba, cum tamen, inferendum. A. 4. 6. lin. 17. dedit te. B. 1. b. lin. 6. post vocem, remotum, deest colon. B. 2. a. lin. 28. lege cœpto B. 3. b. lin. 17. adventu C. 2. a. lin. 27. distingue, sacra ationem. C. 4. b. lin. 11. deest in initio lineæ particula ם D. 2. a. lin. 18. habet. D. 3. b. lin. 14. accersere. D. 4. b. lin. ult. rationibus E. 1. b. lin. 17. lege δ ιωατὸν ἀνθρώπου E. 3. a. lin. 19. præceptum.

Si quæ præterea distinct ones cola, commata, &c. defunt vel redudant: si qui accentus in græcis, aut etiam spiritus, vel omitti, vel male additi, vel inter se permutati, cum sint errores leviores, ac typhæticis solennes, non est, quod quis cupiat hîc aut propriam fortunam & præcipuam postulare, aut communem recusare. Iterum, Lector candide, vale, ac plurimum salve.



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

05. Okt. 1995

15. Juli 1997

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0172116

